SPICILEGIUM MEDICUM INAUGURALE, DE MORBILLIS.

QUOD,
ANNUENTE SUMMO NUMINE,
Ex Auctoritate Reverendi admodum Viri,
D. GULIELMI ROBERTSON, S.S. T.P.
ACADEMIÆ EDINBURGENÆ Praefecti;

NEC NON
Amplissimi SENATUS ACADEMICI consensu,
Et nobilissimae FACULTATIS MEDICÆ decreto;
PRO GRADU DOCTORIS,
SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS
RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS;
Eruditorum examini subjicit

JACOBUS WATSON ROBERTS,
EX INSULA ANTIGUA,
SOCIET. REG. MEDIC. EDIN. SOC.
NEC NON
NATUR. STUDIOS. IBIDEM SOD. EXTRAOR.

His ego gratiora dictu alia esse scio: Sed me vera pro gratis loqui, etsi meum ingenium non moneret, necessitas cogit.

TIT. LIV.

Pridie Iduum Septembris, H. L. Q. S.

EDINBURGI:
Apud BALFOUR et SMELLIE,
Academiae Typographos.

M,DCC,LXXXVI.

Viro amplissimo honoratissimo,

GULIELMO YOUNG,

BARONETTO,

Literarum omnium humaniorum,

Scientiarum, artiumque civilium,

PERITISSIMO;

Doctorum, doctrinaeque utilis PATRONO

Humanissimo, generosissimo:

Benignitate, humanitate, urbanitate, omnibusque

Ingenii morumque elegantiis,

ORNATISSIMO;

Qui munera amplissima, sibi publice delata,

Diligenter, fideliter, prudenter,

OBEUNDO,

Civibus quibus praefectus est

Utilitatem maximam

Ipsi famam meritam, diuturnam,

COMPARAVIT;

Opusculum hocce inaugurale, observantiae suae

MONUMENTUM,

D. D. Cq.

JOANNI AIRD, M.D.

Artem Medicam apud Antiguenſes,

Maxima cum diligentia, peritia,

Felici ſucceſſu,

Nuper exercenti :

Cujus induſtriae, humanitati, ſtudio, amicitiae,

Se prima artis ſalutiferae rudimenta

Accepiſſe libenter fatetur,

Semperque fatebitur ;

Ob haec, beneficiaque alia quam plurima,

Quae mente nunquam non memori

Recordabitur,

Hoc animi grati, reverentiae, obſervantiae,

Quantulumcunque pignus,

D. D. CQ.

JACOBUS WATSON ROBERTS.

Imprimisque hominis est propria veri inquisitio atque investigatio. CICERO, De Officiis.

SPICILEGIUM MEDICUM

INAUGURALE,

DE

MORBILLIS*.

SCRIPTORES qui ſyſtematis de arte Medico componendis operam dederunt, dum morborum diſcrimina maxime obvia anxie ſtudent retinere; eos in ſtatu illo, quo attendenti ſaepiſſime occurrunt, plerumque deſcripſerunt. Uſu tamen quotidiano, et e ſcriptorum doctiſſimorum qui de morbis quibuſdam particularibus aliquid nobis tradiderunt, obſervationibus, abunde conſtat, diſcrima quaedam inſignia, et ſa-

A ne

* *Rubeola*, Sauvages, G. 94. Cullen, G. 28. Gallice, *La Rougeole*. Anglice, *the Meaſles*.

ne applicatu difficillima, eidem morbi generi saepenumero adesse.

Hoc in morbo illo, quem mihi in praesentia tractandum selegi, maxime manifestum videre est. Cum igitur juxta formam maxime usitatam et familiarem exhibuero, deinde varietates illas notare aggrediar, quas, aut auctores illi tradiderint, aut experientia propria mihi suggesserit. Cum in hujusmodi disquisitionibus, in more sit positum, ut quis signorum quorundam maxime insignium rationem reddere aggrediatur, quae in morbis solent occurrere, hac in parte opinionibus meis eo liberius indulgere ausus sum, quas quidem, alioquin premere fortasse et modestiae et prudentiae magis fuisset consentaneum. " Itaque rei veritate magis, quam " auctoritate, causa illa defensa est *."

HISTORIA MORBI.

Jam primum omnium satis constat, morbum de quo agitur, priscis Graecis Latinisque medicis in

* Cicero de Amicitia.

incognitum esse, et ab Afris in Europam simul cum variolis delatum, ubi primo se in conspectum dedisse in saeculo sexto, ut plurimorum fert sententia *.

Saepenumero observatum est, morbum huncce mense Januario vulgatiorem fieri, Julio autem plerumque mitescere, aut prorsus evanescere: Veruntamen et caeteris anni tempestatibus frequenter ingruere. Infantes et teneram aetatem plerumque invadit; nemo tamen ei non obnoxius est, nisi vim ejus antea expertus sit. Duae morbillorum distinctae sunt species, quarum altera vulgaris, altera maligna ab auctoribus describitur; de utraque separatim, quantum quidem possumus, nobis agendum proponimus.

Morbilli Vulgares.

Symptomata.—Morbus hicce frigido corporis statu adventum suum indicat, quem horrores comitantur, quibusque ardores succedunt immodici; horum per primum diem vicissitudines continuae

* Videas Mead de Variol. et Morbill. nec non cl. Vogel praelect. p. 96. ubi videre est nomina auctorum clariss. qui hac de re scripserunt.

continuae ſunt. Die ſecundo, febris plerumque ingraveſcit, quam conſueta, ſitis, anorexiae, anxietatis, et languoris comitantur indicia, cum vomitu, praeſertim in infantibus. Ægrotus saepius ſternutat, tuſſi rauca atque ſicca laborat, quibus reſpirandi difficultas fere ſemper adjungitur. Lingua albeſcit, neque arida eſt; ſimulque palpebrae aliquantulum tument, oculi inflammantur, effunduntque lachrymas.

Indicia illa uſque ad diem quartum aut quintum gravitate augeſcunt; tum demum maculae rubicundae, non abſimiles pulicum morſibus, primum in fronte, deinde paulatim in caeteris faciei partibus, apparent, quae ſenſim, cum numero, tum etiam magnitudine auctae, inter ſe confluunt, maculaſque rubentes ampliores, figuriſque diverſas, efficiunt. A facie, ubi plerumque ſe primum oſtendunt, hae maculae ad pectus deſcendunt, deinde ad alias corporis partes transferuntur; truncum tamen atque artus inficiunt rubore tantum: Supra cutem ſummam ſe minime protrudunt *. Eruptione facta, ſigna jam dicta neutiquam remittuntur, vomitu unico excepto, qui nunc demum prorſus ceſſat; tuſſis tamen

* Sydenham de Morbillis anni 1670.

tamen febrisque magis ingravescunt; neque interim respirandi difficultas levatur, oculorum infirmitas defluxusque inde oriundus, somnolentia assidua, cibique fastidium, adhuc aegrotum vehementius afficiunt. Diem circiter sextum, eruptio incipit arescere, cuticulae desquamatio jam inchoatur, quae die octavo aut nono finitur. Jam facies, et aliquando totum corpus, quasi furfure conspersum apparet. Ita morbus, quasi exacto curriculo, remittitur; tussis tamen et respirandi difficultas haud raro manent, et interdum admodum molestae evadunt. Interdum indicia a regula longius abscedunt. Maculae ante diem sextum non apparent; in quibusdam, decimum quartum expectant *. Et, pro eis quae in facie se ostendant, in trunco, aut aliis corporis partibus erumpunt, faciemque pene intentatam relinquunt †. In quibusdam, hae maculae aeque supra cutem eminent ac variolae solent die secundo; cutis prurigine vehementiore afficitur ‡. Quinetiam diarrhoea gravis admodum morbo haud raro adjungitur: Huc accedunt, in aliis, angina, peripneumonia, epistaxis, haemorrhagia

* Edinburgh Medical Essays, Vol. v. A. ii.

† Sydenham de Morbillis anni 1674.

‡ Edin. Med. Essays.

morrhagia uterina *, apoplexia †. Hactenus de morbillis vulgaribus.

Morbilli Maligni.

Plurimum debent artis medicae cultores illi doctiſſimo Watſon, in omne auctori nobili aevum, qui hanc morbi ſpeciem diligentiſſime et ſtudioſiſſime illuſtravit, vel potius depinxit.

Symptomata.—Oculi, inquit, inflammati, tuſſis debilitas totum corpus pervadens, morbi jam ingruentis prima erant indicia. Haec plerumque excepit quietis impatientia. Die proximo, febris, utplurimum, aciem exarſit, cui acceſſit capitis dolor, gravedine conjunctus, quo quidem tempore morbilli obrumpebant; adeo ut die ſecundo in pleriſque partibus corporis ſe oſtendunt. Tuſſis, et oculorum inflammatio, magis magiſque auctae ſunt. Jam aegrotus ardore, languore, et quietis impatientia, gravius premebatur: Reſpirandi difficultas maxima aderat, ſputuſque aegre excernebatur: Cutis fere arida erat, fauces rubore purpureo ſuffectae, lingua-

que

* Hoffman.

† Morton.

que ſordibus obducta. Sitis vehementius ardebat, pulſus praeceps, neque tamen plene inflatus ferebatur; aegrotuſque imbecillitate maxima laborat. Eruptio, ardor, et inflammationis indicia, magis minuſve, pro morbi acerbitate, uſque ad diem quartum quintumve permanebant, deinde abierunt. In nonnullis, dies aliquot poſtea remanſerunt; ſed in pleriſque, eruptio quarto die ceſſavit. Hoc, meo quidem judicio, primus morbi gradus eſt habendus. Secundus ſeu ultimus morbillorum gradus, ardore febrili jam ceſſante, initium ſortitur, eruptione non amplius apparente. Oculi, antea humidi, jam gravius dolebant, dolorque in quibuſdam diutius permanebat. Tuſſis, oppreſſio, reſpirandi difficultas, non modo non remittebantur, verum etiam, eruptione jam exacta, nonnunquam gravius exardebant; quibus acceſſerunt quietis impatientia, pectoriſque oppreſſio. Sitis jam lenita eſt. Pulſus adhuc praeceps erat, ſed parvus, iſque magna ex parte impar. Debilitas, in pluribus, ſumma erat; praeſertim, ſi jam aegrotus dejectionibus crebrioribus vexaretur; jam etiam carne quaſi exſecta, macie ſuprema erant confecti: Inde, morte appropinquante, ſi delirio laboratum ſit *.

His

* Lond. Med. Obſerv. and Inquir. vol. iv. art. xi.

His adjungam obſervationes aliquot, de eadem morbillorum ſpecie, quae quidem in inſula Antigua, anno 1782, admodum vulgata erat. Cum mihi complures videre contigit, qui morbo illo, in omnibus ejus formis, laborarent. Signa morbi per aliquot hebdomadas adeo mitia erant, ut arte medica plerique nihil opus eſſe exiſtimarent. In adultis et infantibus par lenitas. Ad poſtremum tamen modo longe diverſo coepit invaleſcere. Cum initio morbi nihil curae habitum eſſet, jam vehementiſſime graviſſimeque exarſit, neque malignitas ejus *ſporadica*, quod dicunt, extitit, omnis aetas, omnis corporis habitus corripiebatur.

Ægrotus, primo die, indicia pleraque uſitata prae ſe ferebat; ſecundo, pulſus erat rapidior ſimulque plenior; ingens laſſitudo corpus pervaſit: Inflammatio quaedam circa tonſillas viſa eſt; reſpiratio prorſus difficilis erat. Apud alios, eruptio jam apparebat; apud alios autem, die tertio, maculae perpaucae erant, neque ſupra cutem eminebant. Die denique quarto, ſigna inflammatoria ſubſidebant; pulſus erat perdebilis, eruptio, *nulla deſquamatione adjecta*, evanuit. Jam tum, viribus aegro multum deficientibus, tormina, teneſmus, dejectioneſque cruentae, ſuperveniebant.

veniebant. Ægrotus torpore ſopitus jacebat, niſi quoties teneſmus, &c. eum ad ſe movendum impellerent. Signa illa uſque ad diem ſextum, ſeptimum, octavum durabant. Jam corporis extremis frigus obrepebat, morſque aegrotantem opprimebat. In quibuſdam, morbus quaſi de hoc curſu deflexit. Eruptio ſerius facta eſt, citiuſque deceſſit; pro deſquamationis ratione terminus lenior graviorve extitit. Pulſus depreſſio et dyſenteria raro aberant. In ſenioribus, junioribuſque valetudine minus proſpera utentibus, debilitas, morbo incipiente, maxima erat; et, pro viribus aegroti, ſigna inflammatoria, aut intendebantur, aut remittebantur. Notatu dignum eſt, fere in omnibus hoc morbo laborantibus, poſt eruptionem finitam, quam citiſſime pulſus vireſque ad dilabendum propendent. Ægrotus, qui tum morbo inflammatorio videbatur premi, ſub medici reditum, paucis horis exactis, nunc apparebat prorſus mutari. Eruptio evanuerat, pulſus parvus et debilis, lineamenta faciei collapſa, et dyſentericae dejectiones, cum aliis ſymptomatis exitioſis, fuerant continuo.

Morbi Reliquiae.

Non raro, cum ſigna inflammatoria violentiora eſſent, peripneumonia inducta eſt, quae in phthiſin pulmonalem exiit *. Morton et alii obſervaverunt, aſciten, anaſarcam, affectuſque ſcrophuloſos, hoc ex morbo ſaepenumero oriri †. Huxham, menſe Januario anni 1733, morbillos ſuperveniſſe monet, qui plures infantes interfecerunt, declinante nempe, ut ait, morbo, quaſi peripneumonia ſuffocatos ‡. "Plus ſemel, "hoc menſe, notavi faucium et oris gangrae-"nam, maxillae porro et vomeris oſſis cariem, "unde mortem miſerrimam, poſt morbillos, ſci-"licet ||." In diſſertatione apud Baldingeri opuſcula, auctor obſervat, "Morbus, dum ſupera-"tus videbatur, nec diaeta exacta obſervabatur, "obſtructis inde viſceribus abdominalibus, to-"tum corpus reddebatur tumidum, aquoſis hu-"moribus undique ebrium; unde cuncta inſe-"quebantur ſymptomata, quae tales obſtructio-

"nes

* Hoffman, Med. Rat. Syſt. tom. iv. cap. 8.

† Morton de Febribus Inflam. pag. 21.

‡ Conſtitut. aër, pag. 79.

|| Ibid. pag. 137. menſ. Jul. 1745.

" nes ſolent comitari, ut novus ille hoſtis fuit " debellandus. Aliquando obſervatum fuit, " abſceſſus, in variis corporis locis, efformari; " qui praeprimis internos petebant aurium re- " ceſſus, ruptique exedebant tympanum, ut et " oſſicula ſua cohaeſione ſolverentur excide- " rentque, unde immedicabilis ſurditas orieba- " tur *." Hoffmannus caſum virginis cujuſdam meminit (in qua ſigna inflammatoria manebant) quae eruptiones miliares e morbo habebat, aſpectus diminutione affligebatur, quae, ad poſtremum, in veram guttam ſerenam evaſit †. Ophthalmia haud raro morbum excipit.

Quaedam e cadaverum inſpectione oriunda.

Hac in parte, mihi ſolummodo propoſui ſignorum illorum rationem reddendam, quae utique in iis apparuerint, quibus morbilli maligniores funeſti extiterunt. Nemo auctorum, qui hac in palaeſtra ingenium exercuerint, hocce argumentum aeque ſuſe dilucideque tractavit ac medicus

* Vol. 4. Diſſ. Hiſt. Feb. Malig. Morbil. anno 1766 et 1767, in Inferior. Alſatia epidem.

† Med. Rat. Syſt. tom. iv. cap. 8.

medicus ille celeberrimus Watſon, cujus ſupra mentionem fecimus, cujuſque veſtigiis, quantum ejus fieri poteſt, inſiſtere in animo eſt. Quibuſdam, quibus aegra reſpiratio, poſt eruptionem et ardorem febrilem, mortem peperit, ſyſtema bronchiale muco minime obductum reperiebatur; verum pulmonum ſubſtantia tenera erat, vaſaque ſanguifera non mediocriter vitiata et obſtructa. Puellae, quae die decimo-nono reſpirandi difficultate et debilitate ſumma fuerat extincta, inter pulmones pleuramque plurimae firmaeque cohaeſiones inventae ſunt; pulmones ſanguine diſtenti ſunt, et ſiniſter inciperat computeſcere. Pars etiam inteſtini jejuni magnopere inflammata eſt. Alius, tribus hebdomadis exactis, diem obiit; toto illo tempore reſpiratio admodum difficilis erat; per aliquot dies diarrhoea colliquativa laboraverat; tumque non viſus eſt pejus ſe habere, quam per aliquot dies antea, morte repentina obiit. Dolore quam maxime acuto, ſub ſcapula ſiniſtra, fuerat affectus. Thorace patefacto, vaſa ſanguinem per pulmones vehentia, aliquanto ampliora videbantur, ſphaceluſque inſigniter latus ſiniſtrum pulmonem occupaverat. Hic, vaſa ſanguifera corrodendo, haemorrhagiam effecerat, quae laevam

pectoris

pectoris cavitatem pene impleverat. Pars pulmonum putrefacta magnam vim *saniei* putridae, subnigrae, et admodum foetidae, continebat.

Porro, medicus idem peritissimus observavit, collectiones materiae purulentae nusquam inventum esse; e contrario, omnia morbi signa, hoc in modo detegenda, *sphacelum* indicasse *.

Observat Hoffmannus, "In nonnullis, praesertim plebeiis, febris successit lenta, cum atrophia et abdominis tumore funesta, ubi, post mortem, utplurimum, glandulae meseraicae magnae et pulmones labentibus vomicis obsessi deprehenduntur †."

DIAGNOSIS.

1*mo*, Differunt morbilli ab scarlatina, per intervalla angulosa, quibus in pectore potissimum separantur corymbi papularum morbillorum; cum in scarlatina est uniformis veluti rubedo, quasi vino rubro perfusa foret cutis. 2*do*, Ab incipiente variola discrepant: Variolae enim nascentes

* Med. Observ. and Inquir. vol. iv. p. 144.

† Loco citato.

centes maculas exiguas, ſed rotundas, referunt. Speciatim, ſternutatio, epiphora, tuſſis ſicca, rauca, quae morbillos ſemper comitantur, eos ab aliis exanthematis ſatis diſcriminant. Morbillos malignos a benignis, morbo incipiente, haud facile diſtinctu, niſi ingens adſit debilitas; ſed, in provectiore, ſymptomatum non vulgarium cohors diagnoſin primae aciei plane monſtrat.

CAUSÆ MORBI ET EARUNDEM RATIO.

Et auctorum ſcriptis, et uſu quotidiano, adducti, *cauſam* hujuſce *remotiorem*, ſeu *excitantem*, contagioni ſui generis tribuamus, neceſſe eſt. Hoc tamen a celeberrimo illo medico De Haen in dubium eſt vocatum: Quippe opinatur, morbum illum de eadem cauſa cum variolis pendere. Cauſam illam inveſtigare neceſſe non habui; itaque lectorem ad ipſius argumenta referre decrevi *.

His ita praemiſſis, pergemus deinde ad conſiderandum qua ratione in corpus introducatur, quoque

* Ration. Medendi, partis ii. cap. 6. pag. 115.

quoque pacto corpus ab eo afficiatur: De ejus introductione tres sunt opiniones auctorum, scil. 1*mo*, Per *cutis meatus*, sive *poros*. 2*do*, Per *canalem alimentarium*. 3*tio*, Per *respirationem*, sive *pulmones*. Has singulatim perpendam: 1*mo*, Per *cutis meatus*, sive *poros*. Lymphatica in summa cute vasa, liquida rarissima, maximeque subtilia, absorbere minime inficiandum est; hanc tamen contagionem per vasa illa introduci, nullum argumentum quidem validum adduci posse arbitramur. Asseverant hujusce opinionis fautores, materiam e variolarum pustulis sumptam, et cuilibet superficiei corporis parti admotam, morbum communicare posse; illinc colligere volunt, contagionem per cutis poros corpus ingressam; et eodem modo (propter analogiam, quam hos duos inter esse morbos, medici existimant) introitum morbillosae contagionis explicandum esse. Sed, ni me fallet, alteram rationem res sibi vendicat. Cum enim corporis hujusce (contagionis scil.) indoles sit, ut se aëre circumfuso commisceat, liquidumque illud pulmonibus nunquam non applicetur, verosimilius videtur, organum illud delicatissimum, contagionis in corpus introducendae medium esse. Praeterea, observaverunt medici perspicacissimi Baro

Dimsdale,

Dimſdale, et Kirkpatrick, a plurimis experimentis inſtitutis, variolarum contagionem inoculando, non niſi materia ſub cuticula depoſita poſſe communicari, et inde inflammationem ſemper cieri localem.

2*do*, Per *canalem alimentarium*. Opinionis hujuſce fautoribus nuperrime ſe adjunxit vir artis medicae peritiſſimus Gardiner. Auctor ille doctiſſimus, plurima et ſane ſpecioſa, in medium adduxit, quibus aggreditur probare, materiam morbificam per hunc ductum, neque alia, ſe inſinuare. Materiam e qua contagio gignitur ſaliva commiſceri credit, atque inde in ventriculum et inteſtina recipi, ubi fermentationem vi ſua excitat alitque in gaſtricis, aliiſque humoribus; virulentiaeque, quam hic ſibi comparat, variolarum acerbitatem attribuit *. Argumentum omnium validiſſimum, quod medicus ille, ad ſententiam ſuam ſtabiliendam, in medium protulit, inde ductum eſt, quod febris, contagione adductae, impetus, emiticis retunditur, aut omnino refringitur: Id autem fieri putat, ſordes putridas e *primis viis* amovendo. Hoc, ego arbitror, alio modo poſſe explicari; quippe emetica,

* Obſerv. on the Animal Oeconomy, pag. 196.

tica, corpus concutiendo, mucus copiose secernitur, miscendoque, multum sordis mucosae e glandulis bronchialibus, noxiique humoris e pulmonibus possunt expellere, adeoque contagionis seminia extinguere. Haec tamen, aeque ac supera, sola conjectura nititur. Probare quidem, nullo negotio, possumus, materiam unde contagio gignitur, ventriculo aliquando injectam esse, neque contagionem corpori fuisse communicatam.

Puer quidam, squamas in patina objectas, quae a sorore variolis confluentibus laborante fuerant defrictae, avide deglutiverat, cum morbo nunquam tactus fuisset; opinio erat eum statim affectum iri; nihilominus, praeter omnium opinionem, intactus evasit *. Porro, experimentis illustrissimi Spallanzani satis constat, salivam simulque fluida gastrica antisepticorum munere fungi; quod positionem de qua supra diximus prorsus diluere videtur. Quantam qualemve vim contagio ad eorum naturam immutandam habeat, haud in promptu est explicare.

* Cl. Cullen Praelect. nec non cel. J. Hunter.

3*tio*, Per *Respirationem.* Vir ille ingeniosus, de quo supra dictum est, dum opinionem secundam confirmare studet, ita huic objecit, materiam contagiosam simul cum aëre inflato, tracheam ramulosque ejus ingredi posse, concedit; quae tamen exspiratione confestim emittitur: Verum perpetuam humoris emissionem ab internis bronchiarum vesiculis, simul cum aëre qui respiratur, infectionem per pulmones immitti non posse, liquido probare contendit. Quinetiam aliud adjecit, quod opinioni illi fidem videtur abrogare: Nempe insignis membranae pulmonum internae irritabilitas, qua nihil acrius sibi applicari patitur, quin signa manifestissima exhibet functiones suas, aliqua ex parte turbari *. Nihilominus, haec sententia, ex iis quae hactenus adducta sunt, rationi magis consentaneam se habere videtur, quam duae priores, et mihi ridet praeter omnes.

Si jam roget aliquis, quamobrem insitionem, ut morbi introducendi modum, non meminerim, ratio ex sequentibus, ni fallor, patebit. Doctor Home (qui primo morbillorum insitionem tentavit) existimans symptomata morbi pessima

* Observations on Animal Oeconomy, loco citato.

peſſima (catarrhalia, ſcil.) e contagione, vim ſuam in pulmones, cum aëre recepta, faciente, originem ducere, et ſi per inſitionem in corpus introducetur, haec (ſicuti in variolis inſerendis) vitari poſſe, experimenta inſtituit *. Sed, ex his et aliis, non ſatis liquet exoptandum ſucceſſum conſequi. Rationem reddere forſan eſt in manu. Indoles quarundam contagionum eſſe videtur, uti ſuae actiones ad ſingulares corporis partes utplurimum dirigerentur, et ſine quo morbum adeſſe rite inferre nequitur; hujuſcemodi ſunt cynanche maligna, dyſenteria, et virus canis rabidi, cum aliis, et apud quem ordinem meo judicio morbilli locum tenent. Patet igitur, plus minuſve morbi effectus in pulmones edendi ſunt. Sed, ratione amota, reſtet res in futurum experientia elucenda. Et haec de morbillorum inſitione ſufficiant.

Pathologorum ſententiae, de modo quo hicce morbus gignitur, in duas claſſes dividi poſſunt. Alii enim credunt particulas contagioſas in maſſam ſanguinis recipi, ubi *fermentationem*, quam dicunt, excitant, fluidaque naturae propriae aſſimulant: Alii autem putant earum actionem

ſolido

* Home's Medical Facts and Exper. p. 3. ſect. 4.

solido vivo solummodo detineri *. Opinio posterior e recentiorum de principio vitali dogmate orta est, aeque pathologia humorali, quae jam obsolevit: Prior multo verisimilior videtur; quippe quae phaenomena facile et dilucide explicat †. Sed leges suas caliginosa nocte premit natura.

Igitur sententia nostra breviter ita se habet. Materia contagiosa, postquam, uti stimulus, partem invaserit, fluida serosa sibi vicina, in naturam suam convertit: Deinde a lymphaticis accepta, et in sanguinem invecta, param mutationem ibi generat. Sanguis in ejus per corpus itinere acrimonia sua arteriarum actionem ciet; unde exoritur febris. Materia morbifica e vasorum ramulis exhalentibus effusa, cutem irritat, ibique maculas illas rubicundas, quas observare est, edit: Quamobrem sibi formam quasi propriam, et ab omnibus aliis diversam, hae vendicant maculae, haud facile applicatu. Sternutatio, epiphora, tussis sicca, rauca, inde ortum suum ducere videntur, quod acrior materia membranam

* Praelect. cl J. Hunter.

† "Si rationes sequi velit, omnium posse videri non "improbabiles." *Cels. Praefat.*

membranam Schneiderianam, tum etiam glandulas lachrymales, faucesque, contactu suo irritent. Alia symptomata (sicut angina, peripneumonia, &c.) quae nonnunquam se ostendunt, ad diathesin phlogisticam, quae morbillis mitioribus plus minusve semper adest, attribuenda sunt.

Jam morbi causae formationique, sicubi mitior simpliciorque existat, animum vertimus; sequitur, ut causam naturamque signorum maligniorum, quae morbum hunc aliquando comitantur, explicare aggrediamur. Primum autem causas eorum remotiores investigare conabimur. Causae vero morborum remotae extra sensuum nostrorum perceptionem haud raro collocantur. Quotiescunque id accidit, analogia duce, insistendum, rationesque inde deducendae.

Hic, ne in errorem ducamur, multa cura opus est. Medico qui, in diversis aegrotis, eadem signa eundem morbum perpetuo comitari observaverit, quotiescunque signum aliquid novum in eodem morbo postea occurrerit, vel si morbi a forma consueta terminisve vulgaribus deflexerint symptomata, natura duce, excitatur curiositas. Tandem tamen, dum harum varietatum causas diligenter anquirit, eo ad postremum adductus est, ut suspicetur eas a diverso corporum

habitu,

habitu, contagione operante, procreatas. Cum tamen advertit, habitus illos diverſos morbo pariter proclives eſſe, fateatur neceſſe eſt, diſcrimina illa e quadam *occaſionali* cauſa excitante generari. Cum vero proprietates ignorat, inde difficultas minime ſuperanda objicitur. Attenta ſignorum obſervatio lucem aliquam tenebris hiſce poteſt affundere. Animadvertit igitur, ſigna illa, eorumque indoles, progrediente morbo, ſymptomatibus indolique cujuſdam alii morbi conſimilia eſſe: His indiciis permotus, ratione duce, haud inepte colligit, ſignorum cauſam in utroque morbo eandem eſſe.

His itaque rite perpenſis, ſcriptorumque maximi nominis auctoritate innixus, inferre ducor, morbillorum malignitatem oriri e conjuncta vi cauſae propriae morbum excitantis, morborumque aliorum vulgatorum, qui tunc temporis praevaleant, vel paulo antea graſſati fuerint *.
Huic

* Ni me multum fallet, opinio haccce, aliqua ex parte, e ſequentibus verbis ipſius Sydenhami corroborari videtur: "Sunt vero alii aliorum annorum morbi, qui, "licet epidemicorum inſigniantur nomine, enormes ta- "men ſunt, et perquam *anomali*, utpote qui nulli ſe "typo patiuntur aſtringi, et revera mali ſunt moris, "tum

Huic opinioni, qua afferitur, plurium *actionem* una fpecifica contagione fimul a corpore fufcipi poffe, a viro ingeniofo Joan. Hunter contradicitur. Verba fua in medium proferre eft operae pretium: "It appears to me, beyond a "doubt, that no two actions can take place in "the fame conftitution, nor in the fame part, "at one and the fame time. No two different "fevers can exift in the fame conftitution, nor "two local difeafes in the fame part at the fame "time." Argumentis aliquot fententiam fuam ftabilire inde adductis, (quae hic loci citare abs re fuerit), ita pergit: "Let me illuftrate this "principle ftill farther, by one of many cafes "which have come under my obfervation. On "Thurfday, March 16. 1775, I inoculated a "gentleman's child: It was obferved, that I "made pretty large punctures. On Sunday "following,

"tum quoad incertam fymptomatum varietatem, cer"tiffimamque diffimilitudinem, tum quoad methodum, "qua fe ipfi expediunt et amoliuntur. Haec tanta il"lorum difparitas exinde oritur, quod fcilicet quaelibet "conftitutio morbos parit, *a morbis ejufdem generis, qui* "*alio tempore graffabantur, multum abducentes*; quod non "tantum in febribus locum habet, fed in plerifque aliis "epidemicis." *De Morb. Epidem.* 42.

"following, the 19th, he appeared to have re-
"ceived the infection; a small inflammation,
"or redness, appearing round each puncture,
"and a small tumor above the surface of the
"skin having taken place. On the 20th and
"21st, the child was feverish; but I declared it
"was not the variolous fever, as the inflamma-
"tion had not at all advanced since the 19th.
"On the 22d, a considerable eruption appeared,
"which was evidently the measles; the sores
"on the arms appeared to go back, being less
"inflamed. On the 23d, he was very full of
"the measles, the punctures on the arms being
"in the same state as on the preceding day.
"On the 25th, the measles began to disappear.
"On the 26th and 27th, the punctures began
"again to look a little red. On the 29th, the
"inflammation increased, and there was a little
"matter formed. On the 30th, he was seized
"with fever: The small-pox appeared at the
"regular time, went through its regular course,
"and terminated favourably *." Id sibi judicium est. Artis tamen medicae annales, rem minime sententiae viri celeberrimi se consentaneam

* Treatise on Venereal Disease, introduction.

neam habere, plane coarguunt *. Verbum non amplius addam. Illuc, unde abii, redeo. Quod, si comparaveris signa, quae febri quam *synochum* nominamus, insunt, cum his quae illustrissimus Watson adeo praeclare depinxit, dum de morbi hujusce maligni natura differit, dubitare vix possumus, quin ex una eademque causa originem trahant. Hanc morbi speciem a genuina multum differre, inde patet, quod ratione longe diversa tractanda est; quod postea fusius apparebit, cum de curandi modo agendum. In casibus ab illust. Huxhamo relatis, invenimus suppurationes parotidarum morbum comitari, quae nunquam occurrunt, nisi in febribus pestilentialibus †. "Thebesius physicus Tryptoviensis in "Pomerania meminit, se morbillos observasse "purpura et petechiis complicatos ‡."

D Maturiora

* Videas De Haen Rat. Medendi, p. 2. cap. 6. nec non Differt. Inaug. Hist. Feb. Malig. Morbil. &c. apud Balding. Opuscul. vol. 4. ubi complures casus morbillorum invicem et variolarum conjunctorum enarrantur. Huic etiam annuere observationes cl. M'Bride, *Introd. to Theory and Practice of Physic, p.* 376.

† Loco citato. Lind on Fevers and Infection, p. 90.

‡ Baldingeri Opuscul. loco citato.

Maturiora ſummae debilitatis indicia, nempe die morbi ſecundo, ſenſorii functiones turbatae, deliquium animi, extremitatum frigiditas, palpitationes, &c. omnia demonſtrant quam arcta affinitate haec morbi ſpecies cum febri *typho* conjungatur. Auctores medici morbi malignitatem peculiari aëris conſtitutioni ſolebant aſcribere *; annon aliae contagionis inductionis opinio veritati multo propior videtur? Cum praeſertim ſymptomata illa certis temporibus non occurrunt, cum e coeli temperie maxime eſſent expectanda, cumque, e contrario, ea diverſis anni tempeſtatibus oriri deprehenderis. Quod ſi auctores, cum hiſtorias ſymptomatum minus uſitatorum nobis ſcriptis mandatas tradunt, diligentius ſimul notaſſent, quinam morbi, ea tempeſtate, maxime graſſarentur, multo magis valerent opera ſua ad alicujuſvis horum morborum indolem inveſtigandam †. Nemo ſcriptorum, hac

* Sydenham, Huxham, Morton, &c. qui veſtigiis ipſius Hippocratis inſtiterunt.

† Clariſſ. Roſenſtein refert, partem aegrotantium majorem, qui morbillis Vindobonae, anno 1734 graſſantibus, laboraverunt, *gangraena* in faucibus correptam eſſe, et tertio vel quarto die, functam fato; *Diſeaſes of Children*

hac in parte majore diligentia usus est, quam Huxhamus ille perspicacissimus. Ille etenim notat, febrem cum petechiis, mensibus Julio et Septembri, anno 1745, magnam hominum multitudinem extinxisse, tum etiam morbilli magna cum strage sunt grassati. Verba ejus sunt: "Plures adhuc febri putrida maligna laborant, "cum petechiis, &c. morbilli epidemici etiam "inter adultos et plures jugulant, saepe more "peripneumonico, saepe lenta hectica tabe, "haud raro dysenteria cruenta, accedit; saepenumero enormis mucosa diarrhoea, nonnunquam accedunt dirissima oris ulcera," &c.

An 'dysenteria cruenta' ad contagionem febris putridae, an ad dysenteriam idiopathicam, quae tunc temporis etiam vigebat, sit referenda, mihi quidem parum liquet: Sed e medicorum expertissimorum observationibus stabilire licet, causam morbos illos excitantem non semper fuisse diversam; adeo ut dejectiones cruentae saepius pro

dren by Sparrman. Optandum est, memoriae proditum fuisse, an cynanchen malignam simul grassatam. Casum mihi luculentum praebuit cl. Gregory, Professor noster ingeniosus, servi ejus, qui, dum morbillis detentus, usque omnia *typhi* signa edidit. En causa, tunc temporis grassabatur typhus apud milites in arce Edinburgena.

pro morbo idiopathico haberentur, cum revera febrem peſtilentialem indicaverant, quae ſimul cum priore ſaépenumero inválefcit *. In morbo illo, de quo ſupra mentionem fecimus, multa ſigna malignitatis ei ineſſe viderimus ; dyſenteria haec prorſus lethalis erat, ſignumque quaſi characteriſticum in morbi hiſtoria evadebat. Diathefis putrida cito apparebat, ex halitu foetido, dejectionibuſque cadaver olentibus. Si morbi hujuſce epidemici ratio ſit reddenda, eam a ſolutione ſuperius exhibita deducendam exiſtimo. Haec tamen, quantum ſcire nobis contigit, opinio auxilio alieno neutiquam ſuffulta eſt; namque alii cum morbo illo epidemici ſimul, ut mea memoria eſt, non graſſabantur †; ſed, ſi rationes conjecturis duntaxat innixas admittere fas ſit (quod in medicina ſaepius fieri neceſſe eſt ‡) eam cauſae cauſiſve ſupra allatis libenter velim attribuere. Cum nulla coeli mutatio inſignis

* Lind on Fevers and Infection paſſim, et alii.

† Memoratu tamen ſit dignum, dyſenteriam paulo poſt graſſatam eſſe.

‡ "Quod ſi ſcientiam hanc non ſubjiciat evidens cau-
" ſa, multo minus eam poſſe ſubjicere quae in dubio eſt.
" Sed id pro cauſa apprehendi, quod contuliſſe plurimum
" videtur." *Celſ. Praefat.*

ſignis incidiſſet, morbuſque nihilominus tantopere a forma, quam hactenus geſſerat, deflexiſſet, faciemque adeo diverſam a nota, ſub eodem coelo, induiſſet; haec omnia, inquam, abunde declarant, cauſam quandam praevalidam, occaſione oblatam, fontem et originem ejus extitiſſe. Quinetiam, ſigna ejus comparando cum iis quae febribus ejus regionis graviſſimis adhaerent, abunde probatur, fontem illum nihil aliud eſſe, quam contagionem quae febrem putridam excitat.

Huic ſententiae objici poteſt; Cur igitur haec eadem cauſa in aliis, forma ſua propria, morbum non excitavit? Reſpondetur, Ignorantiam noſtram ejus corporis habitus, qui maxime idoneus eſt ad vim contagionis ſuſcipiendum, obſtare, quo minus ejus rei cauſam liquido poſſimus explicare. E febribus quae in carceribus, noſocomiis, navibuſque ſolent ſaevire, compertum eſt, materiam contagioſam ex effluviis corporum humanorum, etiam valetudine ſatis proſpera utentium, ſi in arctum compingantur, generari poſſe: Quid igitur effici poſſe exiſtimandum eſt, ſi jam morbo fuerint correpta? Suſpicor igitur, vim effluviorum illorum, quamvis contagione fuerint repleta, ſolam et per ſe mor-

bo

bo excitando parum valuisse; sed, cum causa morbi propria conjunctam, ad agendum fuisse excitatam. Morbi hujusce malignitatem, e *miasmatum humanorum* contagione nasci inde verisimile est, quod saepius in urbibus coarctatis, et praecipue in nosocomiis, generari solet, quibus in locis aër aliqua ex parte in arctum cogitur, ita ut cursu suo liberiore particulas noxias auferre non posset, quae quidem ab aegrotis expirantur, quorum non pauci morbis variis, iisque malignioribus, laborarent *.

Has conjecturas de causa signorum maligniorum, quae morbo, de quo agitur, solent adesse, ausus sum proferre: Funestus ille impetus, quo quasi pestis † nonnunquam grassatur, medici operam videtur flagitare. Jam superest ut ad alia paucula, quae, morbo progrediente, solent occurrere, advertamus. Phlogistica illa diathesis, uti jam observatum est, ex acrimonia in corpus inducta pendere videtur: Symptoma illud sane ab eo in morbi initio separari nequit, licet maxima debilitas simul adsit. Duos corporis habitus,

* De Haen Ratio Medendi, vol. 1. p. 146.
† Morton. Pyretol. pag. 25.

habitus, adeo ſibi invicem contrarios, ſimul exiſtere poſſe, paradoxae ſimile eſſe videtur. Hoc modo tamen illud, prima fronte, abſurdum, explicari poſſe arbitramur. Genus nervoſum et vaſa fluida vehentia, legibus a ſe invicem diverſis, detineri videtur; adeo ut quod in illo ſedat, in hoc ſtimulat. Contagio in typhi initio hunc effectum manifeſte profert. Contagionum, quae ab exanthematis gignuntur, videtur eſſe indoles, ut in genus vaſorum vim ſuam exerant; cum, e contrario, typhi, in nervoſum. Inde colligere licet, cur hi effectus ſimul corpori adſint. Attamen, ſi haecce rei ſolutio haud grata ſit, ſupereſt Pathologis explicanda.

Cauſa latet, res eſt notiſſima.

Debilitatis ſigna ſaepe non apparent, donec effectus propriae contagionis excitantis aliquot dies perduraverint; tum autem ſubito ſe oſtendunt, morboque faciem undequaque novam inducunt: Omnia ſigna, quae hactenus violentum corporis reniſum indicaverant, jam amoventur; animi deliquium, extremorum rigor, et ſphincterum relaxatio, vim vitae imminui ſatis indicant. Et quis ibit inficias, quin cauſam horum a primo

morbi

morbi impetu egiſſe? Alia etiam res notatu digna eſt: Fluidorum putredo manifeſte adeſt, utique in promptu eſt notare; petechiis, dejectionibus frequentibus putridiſque cruentibus, et ſtatu diſſoluto, in quo, ſanguis e quovis emunctoriorum ejectus, vel e vena miſſus, ſe manifeſtat. Quo pacto hoc ſit rite explicandum, me prorſus neſcire libenter confiteor. Dejectiones cruentae, cum eruptionis receſſione, conjunctione quadam inſigni, connexae fuere; hanc nunquam non ſequutae ſunt: Videtur autem inde generari, quod vis arteriarum exhalentium ita imminuitur, ut materiae putridae abjiciendae parum ſufficiat; unde, curſu ſanguinis ad inteſtina converſo, vaſa, ultra tonum debitum diſtenta, dirumpuntur; materiaque, majorem in modum accumulata, vaſa teneriora corroduntur; unde, inteſtinis corroſis, ſequitur haemorrhagia. Materiam acrem inteſtinis adeſſe, tormina teneſmuſque ſatis indicant.

PROGNOSIS.

Sydenhamus ille ſagaciſſimus jam pridem obſervavit, morbillos malum eſſe naturae ſimpli-

cis

cis inflammatoriae, omnis periculi prorſus expers, ſi modo rite et cum cura tractarentur.

Licet morbus, ſignis anomalis comitantibus, frequenter occurrat, quae medico nonnihil moleſtiae afferant; cum tamen mali cujuſdam vulgati jam praevalentis comites ſint, ex indole hujus deducenda eſt prognoſis. Nihil aliud, praeter morborum curationem, medici majus intereſt, quam prognoſin bene conſideratam declarare. Haec autem, in morbis pleriſque experientia ſola comparatur; oportet ergo medicum juvenem ſententiam ſuam caute admodum et modeſte indicare. Cum enim aegrotantis propinqui eam anxie explorant, et ſagacitati ejus prorſus confidunt, ſi quando moriatur, eo valetudinis inſtaurationem augurante, aut, e contrario, ſi revaleſcat, eo fatum praenunciante, medico fides, ſaltem aliqua ex parte, derogabitur:

Quod medicorum eſt,
Promittunt medici.

In morbillis quidem malignioribus, felicem morbi exitum, vix unquam tuto pronunciaveris, mutationes adeo ſubitae ſunt et inopinatae.

Quod ſi eruptio fuerit ocyus ſeriuſve, periculum pariter timendum eſt. Si maculae repente evaneſcant, idque ſine deſquamatione accidat, pulſus depreſſionem, viriumque imminutionem imminere, haud fruſtra credideris, ea autem periculum nunquam non indicant.

Quod ſi oris lineamenta collabantur, deliriumve ingruat, aegrotus raro admodum valetudinem recipit. "Malum dein quando aliae ma-
"culae virulentae non expertes, uti petechiae,
"purpura, vel etiam puſtulae ſcorbuticae, com-
"plicantur, vel in fine cum vitae diſcrimine
"ſupervenerunt. Tuſſis pertinax, cum diar-
"rhoea et inquietudine magna, infauſtum
"praeſagire ſolent eventum. Neque boni o-
"minis ſunt ſudores largi, praeſertim in pro-
"vectioribus *." "Diarrhoea, praeſertim tor-
"minoſa, ſive a medicamentis ſive a refrige-
"rio extremorum concitata, cum receſſione
"horum exanthematum obveniens, plerumque
"quidem eſt lethalis †."

CONSI-

* Hoffmann.

† Junckeri Med. Theor. Pract pag. 611.

CONSILIA MEDENDI.

Morbi curandi indicationes plerumque e proximae caufae cognitione deducuntur. Quoties autem eam affequi non poffumus, aut cum minus accurate dignofcitur, ad fymptomata violentiora lenienda praxis noftra utplurimum dirigitur.

Indicationes tamen ab his deductae plurima mala poffunt afferre, nifi *juvantia* et *laedentia* rite perpenderis. Quod morbum, de quo difceptatur, attinet, quatuor curandi indicationes conftituimus. 1mo, *Ut diathefis phlogiftica amoveatur.* 2do, *Caufas debilitatis tollere, vel effectibus ejus occurrere.* 3tio, *Fluidorum ad putredinem proclivitati obviam ire, vel, fi fieri poteft, vim ejus malignam arcere.* 4to, *Ut leniantur figna catarrhalia inhaerentia.*

Confilio primo, 1*mo*, Phlebotomia; 2*do*, Cathartica; 3*tio*, Emetica; 4*to*, Refrigerantia, conveniunt.

Phlebotomia.

Phlebotomia.—Hoc remedium, cum perite adhibetur, imprimis efficax; si quis tamen temere et imperite usus fuerit, malum fit gravissimum. Illustris ille medicus, Mead, venaesectionem, hoc in morbo, quam efficacissimam duxit, eoque, impetu animi quasi impellente, processit, ut Sydenhamum reprehenderit, quod remedium illud, usque ad ultimum morbi spatium, differret, cum jam signa catarrhalia et respirandi difficultas, regimine intense calido et alexipharmicis aucta, ingravescerent *. Nusquam alibi, fortasse, Anglus ille Hippocrates magis est laudandus, quam quod *telo*, ut ita dicam, *phlebotomico*, adeo caute usus sit. Eum tamen, remedium illud, cum signa poscerent, saepius in morbi initio usurpasse, e scriptis ipsius abunde constat. Animadvertebat profecto, morbum plerumque adeo mitem esse, ut phlebotomia non opus esset, eamque ipsam interdum noxiam esse †. Hoc alii scriptores suffragiis suis comprobarunt, et, quod omni auctoritate longe superius, experientiam quotidianam veritati ejus annuere compertum est.

Quinimo,

* De Variolis et Morbillis, pag. 94.

† Sydenh. Op. 338.

Quinimo, egregium illum Mead reprehenſione dignum eſſe videtur, eo quod remedio illo promiſcue uſus eſt. Culpa tamen ejus, ſi non dilui, ſaltem aliqua ex parte levari poteſt, verbis quidem auctoris, qui ſummos honores de literarum republica varie meruit, et cujus morbi hujuſce deſcriptio, ſupplementum pretioſiſſimum, ad ea quae Sydenhamus ibidem congeſſit, omni tempore habebitur. Quod ſi medicus ille, inquit, illam morbillorum ſpeciem, de qua nunc agimus, vidiſſet, ſimulque attendiſſet, tuſſim et reſpirandi difficultatem advertiſſet, idque poſt ardorem febrilem remiſſum, eruptioniſque diſceſſum; quanquam neque venaeſectio, neque ea repetita, morbo incipiente, fuerit omiſſa, neque ulla medicamenta calidiora, ſtatu febrile durante, adminiſtrata. Porro, adjicit, obſervandum eſſe medicum illum de morbillis genuinis ſeu vulgaribus agere, eoſque ſolos deſcribere; an maligniores et putridos unquam viderit Mead, ſe affirmare non poſſe fatetur *.

In ſumma, quod phlebotomiam attinet, eam, in morbo genuino, ubi diatheſis phlogiſtica adeſt, ſiquidem ea vehementior fuerit, ſemper plurimum prodeſſe ſatis conſtat.

Remedium

* H. Watſon in Med. Obſ. and Inq. vol. 4. A. 11.

Remedium autem illud adhibendum judicaverim, ſimulatque morbus coeperit innoteſcere, cumque ſigna inflammatoria ſe indicaverint, quae, ſi non apparuerint, Sydenhamo auctore, abſtinendum eſt. Meo quidem judicio, uti ſentit cl. Cullen, haec curandi ratio potius differenda eſt uſque ad majoris periculi tempora, quae videantur interdum ſequutura *. Cum, ex epidemici natura, morbum maligniorem futurum credibile eſt, ſiquidem ſigna inflammatoria, cum habitu plethorico multoque vigore conjungantur, ſanguinis octo, vel decem uncias ab adulto, ſine aliquo periculo, mittas; cavendum tamen, ne haſce quantitates ſuperes; quod, ſi fiat, aegrotum viribus illis et vigore privabis, quae, forſitan ei, morbo progrediente, maximo futura eſſent praeſidio. Quod ſi, reſpirandi difficultas ſine habitu plethorico occurrerit, venaeſectio minime adhibenda eſt, quippe malum illud exiſtere poteſt; cum tamen diatheſis phlogiſtica corpus leviter admodum adorta fuerit, neque ea, remedio illo adhibito, videtur ſublevari †.

Quouſque

* Firſt Lines, DCXLV.

† Med. Obſerv. and Inquir. vol. iv. p. 147. In morbo illo a nobis ſupra prolato, hocce remedium, niſi aegro viribus

Quousque phlebotomia topica sit usurpanda, plane nescimus; credimus tamen capitis dolores faciemque rubore suffusam, aut hirudinibus aut cucurbitulis cruentis temporibus applicatis, sublevari posse.

Cathartica.—Haec remedia ad corporis vigorem diminuendam multum valent, praesertim quae generis fortioris sunt; tamen neutiquam commendaverim, quippe quae corpori stimulum aequo acriorem adjiciunt. Venaesectione adhibita, purgationes leniores usui sunt, eaque omissa, multum prosunt, ut quae irritationem illam, quae faecibus retentis generatur, auferunt; sales neutrales, crystalli tartari, tamarindorum decoctio, non modo huic rei apta sunt, verum etiam refrigerantium vice funguntur *.

Emetica etiam huic morbo leniendo multum prosunt, testante Hoffmanno. Materiam irritantem e viis primis ejiciunt; sed fortasse plurimum juvant, spasmo in superficie vincendo, ramulisque

viribus pollente, funestum evadere compertum est: Nam debilitas summa et alia exitiosa symptomata continuo insequebantur.

* Observare haud alienum videtur, in specie morbi maligna, catharticis vix aut ne vix quidem utendum, imo vero, experientia duce, mitissimis.

mulisque exhalentibus exitum patefaciendo, quo materiam emittant. Tartarus emeticus, exiguis portionibus haustus, ad omnes hos usus apprime comparatus est.

Refrigerantia hoc in morbo tractando recte possunt adhiberi. Nihil majorem refrigerationis vim, teste Alexandro medico ingenioso, a multis periculis in se institutis, nitro videtur continere. Quod si majoribus portionibus haustum fuerit, maximum inde malum potest exoriri: Hujus rei exemplum, de tribus Serenissimi Ducis Saxoniae filiis, ab Hoffmanno memoriae proditum est: "Inde retardabatur," inquit, "macularum eruptio, respiratio fiebat an-"gusta et difficilis, tussis continua sine screatu, "accedebat asthma intensum, et, intra septem "tres dies, pueri occumbebant, cum ingenti "parentum luctu." Veruntamen, nitrum ab uno ad tria grana, in pueris, et in adultis, a quinque usque ad decem, administratum, tertia quaque hora, *eruptione jam praeterita*, multum adjuvare potest, nempe, sitim, anxietatem circa praecordia, &c. removendo.

Cum furit atque artus depascitur arida febris;
Profuit incensos aestus avertere.——

Potionem

Potionem refrigerantem habeas, eamque praestantissimam, quae, utique e limonum succo, aqua et saccharo temperato, atque inde palato gratissimo facto, conficitur. *Frigus*, ut quod validissime refrigerat, hic, ut remedium multae virtutis videtur indicari; sed, cum notum sit, frigus perspirationem cuticularem supprimere; cumque, ex ea suppressione pulmones plerumque affici observare est; et cum signa catarrhalia adjuncta, hoc in morbo, eruptione evanescente, magis ingravescant, quae quidem frigore induci cognitum est, illud (frigus) minime admitti posse existimamus. Corpus tamen temperie calidiore fovendum neutiquam puto; id enim ad putredinem viam sterneret.

Consilium secundum congruitur, 1*mo*, Tonicis. 2*do*, Stimulantibus. Horum efficacissima sunt cortex Peruvianus, et vinum. *Cortex*, quoties magna adest debilitas, neque signa catarrhalia vehementius urgent, summa cum utilitate administratur. Quod si, e natura medicinae hujus corrugante, suspicio sit, signa illa (catarrhalia) auctum iri, usum ejus differre satius erat, donec alia remedia adhibita fuerint, quae postea monstrabimus.

Vinum, ad vim vitae ſuſtinendum, remedium eſt potiſſimum. Ad malignam morbi hujuſce ſpeciem maximo eſt uſui, idque ſaepiſſime, primis ejus temporibus, ſemper in poſterioribus. Cum effectus ejus, corticis Peruv. effectibus ſimiles ſint, eadem cautio eſt adhibenda. Ubique tamen, eo ſine mora utendum eſt, quotieſcunque extremorum frigiditas animique deliquium ſupervenerint. In hoc morbo, ſi eruptio citius evaneſcat, ſine hujus remedii propinatione, mors confeſtim ingrueret. Hoffmannus hic obſervat, "Quo languidiores ſunt in exanthe-" matis vires, eo plus ſemper metuenda retro-" ceſſio materiae exanthematicae, qua vitae nihil" eſt infenſius."

Indicatio tertia peragi poteſt, 1*mo*, Putredinis cauſas diligenter evitando. 2*do*, Vaſorum tonum ſuſtinendo. 3*tio*, Materiam corporis putreſcentem corrigendo. Ut prima pars hujus indicationis rite peragitur, magnopere cavendum eſt, ne *effluvia* ex ipſo aegroto cumulentur, materiaque omnis excrementitia, quam dicunt, quam celerrime amovenda. Imprimis, aër purus frequenter admittendus eſt, ita tamen ne frigus aegroto condenſetur. 2*do* et 3*tio*, Haec rectiſſime abſolvuntur; *a*. Tonicis; *b*. Stimulantibus;

tibus; *c*. Antifepticis. *Tonicis et ftimulantibus.* Corticem vinumque eorum efficaciffima fupra obfervatum eft, ibidemque, eorum ufui aliquid ambigui ineffe. Medicus ille fagaciffimus Wàtfòn monet, corticem, quamvis corporis ftatum putrefcentem debilitatemque fublevaret, tamen refpirandi difficultati nonnihil adjicere *. Inde, diathefin phlogifticam corpori ineffe, haud abs re oriretur fufpicio: Nos tamen fignum illud, *fpafmati* extremis bronchiarum, et pulmonum vafis, inhaerenti, libentius attribuerimus. Hoc autem fit e fympathia, quam inter organum illud cutemque intercedere, jam obfervatum eft. Spafmum igitur, in fuperficie laxandum recte omnino videtur indicari †. Relaxatione jam peracta,

* "Under thefe circumftances, differit, radix ferpentariae virg. was generally fubftituted; but its effects were far lefs beneficial than it was imagined thofe of the cortex would have been under fimilar circumftances, had not its effects upon refpiration prevented its being adminiftered." Apud nos fine haece moleftia ufurpatus eft cortex.

† Ex his, ferpentariae effectus rationem reddere poffumus. Percognitum eft, hocce medicamentum vi fudorifica aeque ac ftimulante, praeditum effe. Ita, fudorem eliciendo, fuperatus eft fpafmus, et inde, amota refpirandi difficultate, vi ftimulante multum prodeft.

peracta, cortice adhibito, ne recurrat, cavebitur. Spafmus balneo tepido et pediluvio poteft refolvi; efficacius autem emplaftris veficatoriis pectori et inter fcapulas applicatis. Addico tamen priora caute recurrendum, quippe quae multum debilitatis afferant. Cortex ruber, cujus vis, pro magnitudine, major eft, fatius videtur adhibendus. Is vel in pulvere, vel decoctus, uti licet, prout aegroti ftomachus poftulat. Vinum largius hauriendum: Vinum Lufitanum rubrum hic magnopere laudatum, cum propter vim ftimulantem, tum propter vim antifepticam; experientia tamen magiftra, Madeirenfe anteponitur; praefertim in plagis calidioribus. Quoties diarrhoea morbo colliquativa adfuerit, vinum rubrum, propter vim aftringentem, debet anteferri.

Antifepticis.—Utrum medicamenta illa ut tonica et ftimulantia primitus agere poffint, non dijudicavero; meo quidem judicio, cortex, vinum, camphora, acidumque vitriolicum et vegetabile, aliis praeferenda funt. Quod fi dejectiones cruentae crebrius aegrotum torqueant; virefque imminuant, opium aut ore hauftum, aut in decoctione corticis Peruviani, vel gummi kino, vel fucci Japonici folutum, et in ano injectum,

jectum, tenesmos, &c. lenire usu compertum est. Subucula lanea, ad intestinorum irritationem tollendum, plurimum conducet. Observandum est, imprimis, quod toto morbi decursu, aegrotus fructibus, oleribus, herbisque vivat, peropus est. Quae quidem regula, nisi morbus omnino lenis fuerit, ad amussim parienda est. Viribus autem prorsus exhaustis, aut nihil, aut parum, jus carnium levioris generis nocebit. Hic saepenumero accidit, ut aegrotus nihil quod haustum fuerit potest rétinere, tunc ad clysmata nutrientia recurrendum.

Jam de quarta atque ultima curandi indicatione agendum est: Nempe, *qua ratione signa catarrhalia sunt lenienda.* Ubi valet diathesis phlogistica aliquanto violentius, omnia remedia illa, quae ad eam leniendam commendata sunt, recte adhiberi posse, in promptu est observare. Cum tamen signa catarrhalia saepe ex irritatione locali pendent, ea hoc modo tractanda esse existimamus: 1*mo*, Demulcentibus. 2*do*, Opiatis. 3*tio*, Vim morbi ad superficiem trahendo. 4*to*, Vesicatoriis. *Demulcentia* nihil aliud efficere videntur, quam quod fauces permulceant. Glycyrrhizae succus, gum. Arabicum, et similia, conveniunt. Opium, quoties diathesis phlogistica

tica levior eſt, ad tuſſim levandam, ſpaſmumque in ſuperficie laxandum, plurimum confert: In infantibus praeſertim, admodum utile eſt. Morbi vim ad ſuperficiem, diaphoreticis mitioribus adhibitis, recte poſſumus elicere. Sudorem, medicamentis calidioribus minime excutiendum, ut Sydenhamus aliique magna cum cura docent. Porro, modicae et repetitae doſes vini antimonialis, cum opiatis adhibitae, admodum ſalutares ſunt. *Veſicatoria*, ſi tuſſis valde moleſta ſit, multum proſunt, praeſertim in infantibus, quibus venaeſectionis vice funguntur.

Quaedam inter morbum diſcedendum obſervanda.

"Ad pertinacem tuſſim vero relictam," inquit cl. Vogel, de hocce morbo tractans, "non "aliud medicamentum efficacius eſt, quam ſulphur antimonii auratum; quod bis vel ter, "interjecto aliquot dierum intervallo, infantibus a grano uno ad tria, cum duplo ſacchari "vel magneſiae albae, exhibetur; et decoctum "rad. Chinae, aut furfurum triticeorum melle "edulcatum. Sin tuſſis ſpaſtica, L. L. in auxilium ſimul vocari debet *."

Raucedo,

* Praelect. pag. 98.

Raucedo, quae diu nonnunquam perſiſtit, cortici Peruviano cedit, ut nos certiores fecerunt auctores *. Diarrhoea, quae morbillos excipit, teſte Sydenhamo, venaeſectione ſanatur †. "Si, "poſt morbillorum diſceſſum, febris, reſpirandi "difficultas, et alia ſymptomata peripneumoni"am mentientia, ſupervenerint, ſanguis libera"liter extrahendus e brachio, ſemel, bis, vel "ter, prout opus fuerit, convenienti ſpatio in"terpoſito inter ſingulos venaeſectiones ‡." Induſio laneo, tres quatuorve hebdomadas poſt eruptionis diſceſſum, veſtiendus eſt aeger, et cavendum ne citius foras eat. Sin, his non obſtantibus, omnia in pejus ruerent, et phthiſis aegrum adoriretur, brevi, petendum eſt coelum

Ver ubi longum, tepidaſque praebet
Jupiter brumas:

Sed haec hactenus: De malis morbum ſequentibus curandis, non eſt meum aliquid in medium adferre; alibi petenda eſt eorum medendi

* Cl. Whytt Edin. Phyſic. and Liter. Eſſ. vol. 3.

† Oper. pag. 589. Obſervandum tamen, Sydenhamum de ſpecie morbi benigna monere.

‡ Sydenham, pag. 589.

di ratio. Attamen, obſervatu eſt dignum, progrediente morbo, remediis cautelisque jam prolatis rite adhibitis, omnino plurimis horum effectuum praevenire, vel multum levare poſſumus.

Hactenus de morbi hujuſce natura et curatione ſententiam meam, quam breviſſime potui, expoſui. De priore quidem me fere nihil praeter conjecturas in medium afferre potuiſſe, libenter confiteor: Quod poſterius attinet, ei, totum tamen verbis Baglivii, medici illius ſagaciſſimi, licet abſolvere: "Sicuti juris peritis ex "facto jus oritur, ita nobis a recta morbi cog"nitione univerſa curationum argumenta ma"nifeſtantur."

* * * * *

Jamque faſtigium attigi, prius, mihi ridet occaſio, quam ſinem faciam, Praeceptori mihi jure digniſſimo, clariſ. Hope, cui, benignitate ſumma moribuſque urbaniſſimis, omnes ſibi obſtringendi nunquam defuit ſtudium, nec fruſtra, ob

ob officia in me amicissima, effuse gratari. Et quanquam *grates persolvere dignas non opis est nostrae*, devincti tamen animi, vir candide, accipias vota:

Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt;
Quae me cunque vocant terrae.

FINIS.

C O R R I G E N D A.

Pag. 1. *lin.* ult. *pro* diſcrima *lege* diſcrimina.

15. 19. *pro* fallet *lege* fallit.